Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35408
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



92.

Pater nr qui es in celis · et cetera. Karissimi uos scire debetis qd inter oia opera · que possunt fieri in hac uita: nullu opus est honorabilior · nullu lenius · nullu utilius qm orare dm. Honorabilior est: quia magnus honor e nobis loqui frequenter et familiariter cu rege celorum: re spectu cuius sumus omnes pauperes et mendici: quia sumus pulueris et cinis · sic dicit patriarcha abraha. Loquar ad dnm meu cui sum pulueris et cinis · Cu hoc rege excellentissimo uos loquimur familiariter et secrete · quocuens oramus ipm humiliter et deuote: sicut ipse dicit in euglio · Jo · Veri adoratores adorabunt prem in spu et ueritate · Vnde aug. Gaunda cubiculu cordis ubi fueris: ubicuq; oraueris · intus est qui te exaudiat · sicut patriarche et omnes pphe · ac omnes sci cu dno locuti sunt · et hoc est qd dicit ysidorus in libro de summo bono · Qui wlt frequenter esse cu deo · frequenter oret et legat · Nam cu oramus cu deo loquimur · cu uero legimus · deus nobiscu loquitur.

Secundo · qd no e opus lenius: quia alia opera possunt impediri · aut debilitate · aut paupertate · aut ineptitudine loci l tpis · si in oi loco · omni tempore potest ho dm orare · nec ad hoc opus faciendu necesse e hoi ad extra se querere · Et nota qd duplex est oratio · mentalis et uocalis · Bonu desideriu et bona meditacio · optima e oratio · que plus placet deo · qu procedit ex corde humili et contrito · sm e ps · Desiderium pauperu exaudiuit dns · pauperum · i · humiliu · Vnde sic exponit aug. Bti pauperes spu · i · humiles et amentes non habentes inflantem spm · Oratio aut uocalis sine mentali patu prodest · De ill aut qui orat ore no corde · conqeritur dns i ysaia · Hic ppls labijs me honorat · cor aut eor longe est a me · Vn ysidor. Oratio cordis est no labior · Tercio qd non est opus utilior · quia ora do possumus impetrare a deo qd quid necessariu est salutiri · sicut ipse dns in euo dicit · Ame ame dico uob · quicqd oraueritis petitis · credite qr accipietis ·